

Homo ad nihil aliud attendit, quam ad id quod optat.

sanitatem ab Elifæo, volebat saltem quod servata urbanitatis lege ad eum exiret, & cum eo loqueretur. Et ideo quia Propheta non fecit, iratus est. At Regulus, cum impetrasset filio sanitatem, nil amplius de sua petitione cogitavit. Quamvis debita, tamen si desiderata consequitur, facile ea, quæ urbanitatis sunt contemnit.

92.

Valde grauitum donum datum nullo opere iniuncto.

Quartò, Naaman ab Elifæo promittebatur sanitas: Vade, lavare septies in Jordane, & accipiet sanitatem caro tua; filio verò Reguli actualiter sanitas conferebatur, filius tuus vivit. Naaman promittebatur sanitas iniuncto opere, nempe lotionem septima in Jordane, ac filio Reguli concedebatur vita absque annexione alicujus operis exhibitio. Et multo efficacius movet, ac attrahit animam donum gratuito concessum, quam illud, quo iniuncto opere pollicetur. Et cum hæc nota sint, promissionibus Elifai non quiescebat Naaman; at beneficio obtento à Christo maxime exultat, & letatur Regulus. Hæc moraliter sunt dicta.

93. Verbum Dei multo efficacius, quam verbum hominis.

Quintò, Ratio germana, & literalis. Verbum Christi, cum esset Dei verbum, valde efficax erat ad penetrandum, ac movendum cor hominis, & ideo eo audito dicitur, Credidit homo sermone, quem dixerat Jesus. Fide percepta lætus, ac firmus ibat homo. At verbum Elifai, cum esset verbum hominis, non erat tam præpotens ad movendum humanam cor, & ideo eo audito mens Naaman non erat illuminata, sed torus dubitans homo inhærebat. Multo efficacius Verbum Dei, quam verbum hominis attrahit, ac excitat.

94.

Joan. 1.

Tolet.

Dicit Philippus Nathanaëli: Quem scripsit Moyses in lege, & Propheta invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Quod audiens Nathanaël dixit: A Nazareth potest aliquid boni esse? Et cum accessisset & loqueretur cum Christo, ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israël. Joan. 1. n. 49. Quare dum Nathanaël audit Philippum, dubitat, at dum accedit ad Christum firmiter credit. Immo, ut rectè ponderat Tolet. Mira profecto confessio! Plura & majora prædicat, quam à Philippo audierat. Philippus filium Joseph, ac hic filium Dei; Philippus à Nazareth, ac hic Regem Israël confitetur. Cor nostrum aliter movet Verbum Dei, aliter verbum hominis. Dicitis Philippi non plenè acquiescit, nec omnem dubitationem excludit Nathanaëli; at ubi accessit ad Christum, & eum audit, plura infirmiter credit, & proficitur, quam sibi fuerant dicta: quis enim poterit dubitare, quod ea, quæ sunt habeant multo majorem efficaciam, quàm ea quæ sunt hominis.

95.

Exod. 31.

Exod. 32.

Dante Deo legem Moyse in Monte Sinai, vox ejus sonabat per quadraginta dies; & uarrans hanc historiam textus ait tandem Exod. 31. n. 18. Deditque Dominus Moyse, completis hujusmodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei. Et immediate sequitur c. 32. n. 1. Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron dixit: Surge, fac nobis Deos. Nota diligenter, quod dum vox Dei resonabat, & lex tradebatur, populus non surrexit adversus Aaron Deos petens, sed postquam sermo Dei finitus fuit, tunc conveniunt ad Aaron & pro idolo instant, qui cum magna parte filiorum Levi intendebat divertere populum ab iniquo studio, ac perverfa aviditate; quia ideo ab eis pe-

tiè ornamenta aurea an fortè illorum amore retardaretur populus; ut ita verisimiliter colligitur ex textu cum Hugone, & Abulensi q. 33. & de filiis Levi, q. 35. Sed quare vox Dei de longè sonans per tot dies valet refrænare iniquam populi cupiditatem, ne idolum peterent; & tamen ubi primum ipsa vox Dei finivit, nec Aaron nec filii Levi furentem populi impetum cohibere possunt? Multò sanè potentior spiritus Dei quàm spiritus hominis. Si vox Dei sonat, nullum prodire ac pullulare aude; at si ipsam divinum eloquium conticeat millia victorum genera irepunt, ac invadunt cor hominis. D. Ambrosii epist. 56. Cum Moyses ait, in monte Sina acciperet legem, populus erat cum Aaron Sacerdote; & quamvis frequenter ad culpam lubricus; tamen quamdiu lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur. Verùm ubi divinum comicitur oraculum, peccatum irrepit, ut peterent sibi fieri Deos. Vide infra q. 17. n. 125.

Ioannis 4. n. 51. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei & nuntiaverunt, dicentes Quia filius ejus viveret.

VERSIONES.

Syriacus. Cum autem descenderet & obviam facti sunt ei servi ipsius. Variab. Arias. Et renuntiaverunt dicentes: Puer tuus vivit.

EXPOSITIO.

I AM autem eo descendente, scilicet à Cana in Capharnaum domum suam. Et dicitur descendente eo; quia ita regio sita erat, ut advenit Simon Cassianus, & jam sæpius dictum est, Servi occurrunt ei. Syriacus legit cum additamento, Servi ipsius. Erat homo celeberrima magna familia, ac multis famulis, quorum aliqui eum sunt comitati; alii verò, domi remanserunt. Occurrunt ei, lætum ferentes nuntium de sanitate filij, & ne ulterius esset sollicitus de quaerendo remedio, infirmo. Filius ejus viveret. Utuntur eodem verbo, quo locutus fuerat Christus, per quod significat, puerum esse sanum. D. Ant. Ulyssip. serm. 2. post Trinit. moraliter. Descendente homine à monte superbiæ in vallem humilitatis, occurrunt ei servi, scilicet quinque sensus, & dicunt ei, quod anima ejus vivat: seu, ut explicat D. Thomas, quod filius Reguli, scilicet filius rationis, vivit.

QUESTIO XIV.

Quare servi occurrunt domino suo Regulo in itinere?

V Bi primum puer, Christi virtute sanatus est aliqui boni servi pro facti sunt ad parentem, scilicet Regulum, ferentes felicissimum nuntium

Hugo. Abulens. vox Dei valde efficax ad dissipandum omne malum quod hominis inducit. Sicut dicitur in scripturis, ut vertere non valet.

96. Cassian.

Ant. Ulyssip.

D. Thom.

97.

98. Cassian.

Bonus servus sollicitus, ut à Domino suo removeat dolorem. Cathus.

99. Cynil. Alex.

Qui accedit ad Christum ab ipso promovitur ad bonum.

100. Hugo.

Chrysost.

Theoph. Servi agnoscunt, pueri sanitatem ex virtute Christi provenisse.

101.

Doni. quod est à Deo, est permanenti, nec habet dilutiones, ut èna mundi.

102. Chrysost.

Origen. Si Thom. Cathus.

nuntium de salute filij, & ideo in itinere sunt illi obviam; Sed quare ita proficiscuntur, rationem inquirimus.

Respondet primò Simon Cassianus lib. 5. c. 18. Occurrunt servi quia filius ejus viveret. Servi solliciti circa filij languorem, patrisque dolorem, nuntiant filij convalescentiam, ut patris tristitia mitigetur. Optima servorum conditio, cum dominorum satagunt removeat dolorem. Similiter Carthusianus, Obviam se dant famuli Domino suo, lætum ferentes nuntium, ut ejus tristitiam audita filij sanitate desiniret. Victoria adepta, devicto Abalton, cucurrit Achimaas, ut adversarium exercitum debellatum indicaret Davidi Domino suo Regi, cuius cor anxietate de adventu belli, 2. Reg. 18. num. 23.

Secundò Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. cap. 120. Servi autem, ait, occurrerunt, velocitatem, & vim verborum Christi annuntiantes, Domino sic disponente; ut ab evenit verum Reguli fides confirmaretur. Magna dei clementia, & bonitas, ut accederet ad se omni adminiculo foveat, eisque opuletur, ut ad majora promoveantur. Accesserat Regulus ad Christum, & adhuc integrè non credebatur, occurrunt servi valetudinem filij annuntiantes, ut ejus fides perficiatur, & firmiter credat, & agnoscat virtutem & potentiam Christi.

Tertio Hugo. Videbant servi, puerum subito convalescere, & sciebant, patrem ob hoc ad Jesum inisse; arguebant, ex virtute Christi sanatum esse, eo quod naturalis sanitas non fiat subito; & præcipue in eo qui laborat in extremis. Chrysost. etiam favet hom. 34. Non enim per successione, & diuturnitatem convalescunt, ut asfolet, liberatus est, sed repente; ne naturalis valetudo, sed Christi operatio videretur. Similiter Theophylactus. Cum servi viderent puerum subito convalescere, non naturali vi; sed Christi virtute factum, intellexerunt, quod ad Christum accesserat, & iverat, ut ejus filius viveret.

Quartò: Quare, dum puer subito sanatus est, statim absque dilatione servi tendunt ad patrem, ejus filij vitam annuntiantes? Cum non timent id, quod sæpe in gravissimis morbis contingit; nam aliquando videtur, per aliquam brevem moram agrotum vires recuperasse, à morbo evasisse, qui iterum infirmum majori impetu aggrediens ipsum suffocat. Cui ergo per aliquod tempus non morantur, ut exitu rei valetudo cõprobetur? Intellexerunt famuli, ut dixi ex Hugone, Chrysostomo, Theophylacto, sanitatem pueri provenisse ex virtute Christi, & ideo eam esse fixam, & permanentem; ut certissimum crederent. Non enim illa valetudo provenibat ex industria hominis puri, cujus sanitas multis dilationibus implicatur, & cito mutatur, ac evanesco, sed descendebat è manu Dei, cujus dona veniunt sine cunctatione, & molestia, & diu consistunt, ac permanent.

Quinto. D. Chrysostomus homil. 34. Quæ res, nam, ait, servos excitavit. Servi autem fortassis, non ut nuntiarent tantum, sed ut superfluum Christi adventum, obviam ferant. Similiter docent Origenes, D. Thomas, Carthusianus, & alii. Cum servi agnoscerent quod Regulus ad Christum perrexerat, ut secum descenderet in domum suam, ut filius sanaretur, qui jam ex affluentia Christi sanitatem receperat, ideo servi celeratè

cursum tendunt ad Dominum suum, ne Christus absque necessitate itineraret; superflua enim maxime vitanda.

Multus est Canonicus Scriptor in prima orbis creatione narranda; & inter cætera ponderat, quod quando Deus creavit flores, arbores, & plantas, Genes. 2. 6. Nondum pluerat super terram. Sed quare, ut terra abundantiori alio germinaret ligna pomifera; cœlesti imbre non fecundatur, ac irrigatur? Pondera diligenter; quot florum ornamenta, ac arbores producta sunt à terra tertio die, postquam ab ipsa divisa sunt aquæ, quibus antea operiebatur. Præclarè ergo optimus gubernator, ut inter mundi incubula nos doceret superflua effugere, non disposuit, ut pluvia è cælo descenderet cum aquaria humiditas ad virgula producenda adhuc vigeret in terra. Catena Græca: Præterea, ait, terra sine hominis cultura, sine imbriferis nubibus germinavit ad opificis voluntatem, ut qua à recenti aquarum separatione satis adhuc humori, & uliginis in se contineret. Vide lib. 3. cap. 3. n. 70.

Ioannis 4. n. 25. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris.

VERSIONES.

Syriacus: Et sciscitatus est ab eis; quonam tempore sanitati restitatus fuisset. Theophylactus. In qua vegetius se habuisset. Multi ex Græcò. Levius se habuisset.

EXPOSITIO.

CONVENIUNT servi ad Dominum suum cum nuntiis de salute filij. Interrogabat ergo horam ab eis; Illa particula, & consequentiam denotat ex his, quæ Regulus accepit. Interrogabat horam, scilicet momentum, ac articulum horæ, ut collatione temporis cognosceret; non casu, nec mutatione naturali, sed virtute Christi salutem pueri evenisse. Et ideo quaerit, in qua hora se melius habuisset filius, an esset eodem tempore, quo Christus dixerat: Vade filius tuus vivit. Et dixerunt ei: heri hora septima. Hora septima est prima hora post meridiem; siquidem Judæi in duodecim horas dividebant diem, & diem in toridem æquales noctem. Et ex hoc constat, ut notat Euthymius, quod Cana Galilææ distabat à Capharnaum iter unius diei. Nam post finitum colloquium Christi hora prima post meridiem discessit Regulus à Cana, & pernoctavit in aliquo loco in itinere. Et similiter accidit servis discedentibus è Capharnaum. Et ita fere in medio itineris sese obviaverunt Reliquit eum febris. Ecce, ut ait Cajetanus, exprimitur genus ægritudinis, quæ erat vehemens, ac mortifera febris.

103.

Deus suo exemplo nos docet, superflua fugere.

Catena Græca.

104.

Judæi in duodecim horas dividebant diem.

Euthym.

QUESTIO XV.

Quare regulus interroget de hora, qua filius restitutus est sanitas?

105. Ammon. An ex defectu fidei Regulus interrogaverit?

Beaulxam. Maldon. Chryfost. August. D. Thom.

106. Carthuf.

Perfecta charitas, se necesse distimulat, ut alij dicantur.

107.

Franc. Luc.

Animus gratus auctore beneficiorum recognoscere cupit.

108.

Pro aternis donis temporalia commendanda.

109. Job. 1.

Graves sunt auctores, ut Ammonius, & alij, ut dixi in expositione, qui dicunt quod Regulus sciscitatur de hora sanitatis pueri, non ex defectu fidei; sed ut magis fidem suam confirmet. Nam ad confirmanda ea, quae credimus, rationes etiam adducimus, ut notant hic Beaulxames, Maldonatus, & alij. Tamen quod nondum Regulus perfectè, ac consummatè crederat, dixi ibi ex D. Chryfostomo, August. S. Thoma, & alijs. Et ideo sciscitatur hic de hora, in qua puer recuperaverat sanitatem, ut cognoscat, an casu vel virtute Christi eam obtinuerit. Et hæc est ratio germana, & literalis. Ad alias morales accedamus.

Secundò Carthusianus post superiorem rationem datam, aliam etiam assignat. Idcirco, ait, forte horam quasivit ut & alios, præsertim domesticos suos, solidaret in fide. Bene noverat Regulus horam, in qua puer sanatus erat, nempe illa, in qua Jesus ei dixit: *Vade filius tuus vivit*. Tamen quaerit temporis articulum à servis suis, ut inde sumat occasionem, ac motivum eos docendi, ac instituendi in virtute, potentia, ac excellentia Christi Domini. Perfecta charitas astute distimulat necesse ut alij doceantur.

Tertiò dixerat Dominus Regulo: *Vade filius tuus vivit*. Anceps erat Regulus, an Dominus prædixisset sanitatem pueri, ac effecisset, ut notat Franciscus Lucas. Deinde, an salus venisset virtute Christi, vel casu. Sciscitatur ergo horam sanitatis, ad auctorem tanti beneficij deprehendendum, ac cognoscendum, ut illi se maximè astricere fateatur. Gratus animus totis viribus, ac affectu intendit, recognoscere eum, à quo beneficium accepit, ut se illi devotum protefteretur, & ut nunquam ejus memoria ex animo excidat. Ingratus verò nil majori conatu appetit, quam dona obnubilare, manum multa largientem non recipere, ut nulli obligatum se profiteatur. Vide lib. 3. cap. 2. num. 13.

Quartò. Accepit pater gratissima, ac valde optata nuntia de filij salute, & tamen in festivitatis, ac jucunditatis signa non prorumpit, ut sæpè contingit; nec pro felici nuntio munera largitur, ut in similibus fieri solet sed totus intentus est in dignoscenda hora, qua se melius habuerit. Vita pueri, quamvis parenti optatissima, quid temporale erat: at quod ipse cognosceret horam, in qua integras vires filius recuperaverat, multum conducebat ad perfectam suæ fidei consummationem, utque servi ejus, Christi potentiam ac virtutem agnoscentes, inter fideles, ac credentes numerarentur. Cum ergo homo discederet, ex Christi colloquio jam habebat odorem ut pro divinis humana contemneret, & caduca. Et ideo jam non tantum ferebatur in studium temporalis vitæ dilectissimi filij, quantum ad ea, quæ conducebant ad fidem, ac spiritualem vitam animæ tam suæ, quam aliorum.

Multis Job vexabatur calamitatibus, dicebat tamen: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est: & sic nomen Do-*

mini benedictum, Job. 1. num. 21. Ex astutia verò Diaboli mulier sibi adherens ante instigabat, ut Dominum malediceret; ad quam Job sic factor: *Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non suscipimus?* Job. 2. n. 10. Valde mirandum sanè, quod tam rigidè, ac severè Job in suam invehatur uxorem; cur ejus amabili non tangitur affectu? Nonnè Adamus, ut uxori blandiret, prolapsus est? Job ergo, si dictis uxoris non acquiescit, cur saltè amabiliter cum ea non agit, sed severè stultum appellat? Ait Job: *Si bona suscepimus de manu Dei. Cum patientissimus Patriarcha mentem attolleret ad Deum, oculos ad divinam defigeret bonitatem, statim terrena omnia, etiam sibi dilectissima parvipendit, ac contemnit. Ex ejus inconsideratione Adamus serpentis est laqueis deprehensus Origenes lib. 2. in Job: *Sic, ait, Job ipse respexit eam, qui ante ad Deum respicebat, qui primum Dominum contemplantur, qui dudum ad æternam incorruptionem spæcie iter intendebat. Iste ergo, scilicet Adamus, respexit ad uxorem, ad insanas, ad miscipulum, ad subversionem, ad ruinam.**

Qua habitas in hortis, amici ascultant: fac me audire vocem tuam. Fuge, dilecte mi, & assimulare caprea, bimulòque cervorum super montes arematum, Cantic. 8. n. 13. & 14. Septuaginta legunt: *Qui habitas in hortis, amici sunt attendentes.* Et juxta hanc lectionem, hæc sunt verba sponsæ ad Christum Dominum in hortis commorantem; à quo æterna beatitudine vocem ejus audire sponsa petit. Quæ voti compos facta, ut notat Ludovicus de Soto Mayor, Gislelerius ibi exposuit. 2. statim exclamat: *Fuge, dilecte mi, super montes aromatum.* Valde scitu dignum, quod cum sponsus detineatur inter pomaria jucundissima, multa arborum distinctio-ne consista, magnaque florum varietate depicta; anima sancta exposcit; ut sponsus suus dilectissimus abeat; & fugiat super montes, quare? Per hortos terrenæ dulcedines significabantur; per montes verò cæli, ac æternæ felicitates, ut tradunt D. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. 5. Cassiodorus, Philo Carpathius, Justus Orgelitanus, Beda, Anselmus, D. Bernardus serm. 9. in Psalm. *Qui habitas.* Ubi primam ergo Anima sancta sui sponsi fruitur voce; de æterna beatitudine loquente, jam non patitur, dilectum suum in terrenis hortis, commorari, sed ipsos fastidians, ac contemnens, vehementer avida appetit, ut suus dilectus ad cœlestia tendat, utque ipsa simul cum eo feratur ad ea. Et montes aromatum vocat, quia, cum jam ecclestium odore tenetur, ei omnia vilecebant terrena. Honorius Augustodiensis in Cantica: *Fuge, dilecte mi, ait, quod est dicere: Recede de loco isto, & revertere ad Libanum, qui est mons aromatum, ubi est regale palatium; in quod me duc tecum. Et sicut bimulus velociter currit de estu in umbram, ita velociter perduc me in regiam aulam. Orat, ut eam aliquando de valle lacrymarum ducat in montem calorum, in celeste palatium, ubi ab hostibus segregata, cum amicis suis exultet in perenni gloria.*

Job. 1.

Qui ad Deum respicit omnia contemnit

110.

Can. 8. Septuag. Carpath.

Soto Mayor Gislelerius.

Ambros. Cassiod. Carpath. Orgel. Beda. Anselm. Bernard.

Augustod.

QUESTIO XVI.

Quare hora septima sanatur puer?

111. Ratio literalis.

112. Alber. Mag. D. Thom. Bonavent. Hugo. Per Spiritum sanctum omnis vestra salus, & vita. Joan. 20. 1. Thom.

Isai. 30.

Quies valde conveniens ad salutem. Isai. 57.

Omnis Dei operatio in nostrum commodum.

113. Ammon. Ubi homo ad Deum accedit, statim fructu suæ fidei gaudet.

114.

115. Carthuf. Josue 11.

Ubi timor, ibi gaudium.

Ratio literalis patet ex textu versu sequenti, *Cognovit pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit.* Hora septima erat, quando Regulo dixit Jesus, *Filius tuus vivit*; & ideo in illa hora sanatus est. Sed quia omnia alto Dei consilio fiunt; ideo iterum redit quaestio, quare divina Sapientia disposuit, quod hujusmodi sanitas hora septima contingeret? quod Mystica expositione est explicandum.

Respondent primò, Albert. Magnus, S. Thomas, D. Bonavent. Hugo, & alij, quod per horam septimam, in qua puer à febre dimittitur, significatur septem dona Spiritus sanctij; per quæ fit in nobis omnis salus, ac remissio peccatorum. *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remisistis peccata,* Joan. 20. num. 22. Per Spiritum sanctum etiam, ait D. Thomas, causatur spiritualis vita in anima. Joan. 6. num. 64. *Spiritus est, qui vivificat.* Secundò ait Divus Thomas, Per horam septimam signatur tempus quieti conveniens, nam Dominus septimo die requievit ab universo opere, quod patrarat. In quo significatur, quod vita spiritualis hominis in quiete spiritali consistit. Isai. 30. num. 15. *Hæc dicit Dominus Deus, si quiescatis, salvi eritis.* Maximè enim conducit ad salutem, quiescere à negotiis, ac perturbatione mundana, qua maximè æstuat, ac agitur iniquis. Isai. 57. num. 20. *Cur impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest; redundant fluctus ejus in conculationem, & lutum.* Vel dic, quod in die, in qua Deus requiescit, vacat etiam homo à labore febris, ac pressuræ, quia sive Deus operetur, sive quiescat, totum est commodum nostrum.

Tertiò, Ammonius in Catena Græca: *Primam quidem credebatur, ait, sed postea respicere factum commisit, quod futurum crederat.* Plurimum namque fides valet, cum effectorem, ac consummatorem sui habeat Deum. Eadem hora septima, qua credidit, fructum suæ fidei est consecutus. Una die credit, & altera agnovit puerum sanum. Qui enim accedit ad Deum, ac credit, statim suæ fidei fructu gaudet, & exultat.

Quartò, Albert. Magnus. *Hora septima, ait, febris eum reliquit eadem, scilicet hora, qua febris genus humanam apprehendit, hoc enim factum est post meridiem, Genes. 3. n. 8.* Valde proportionatè confert Deus remedium ad infirmitatem. Et quia genus humanum lethali febre agrotavit post meridiem, Deus, ut optimus Medicus confert sanitatem puero in figuram totius generis humani, eadem hora, qua agrotaverat.

Cum audiretur in terra Chanaan, quod advenerit Israel, congregati sunt Reges terre illius; qui, ut refert Carthusianus, erant viginti quatuor Reges. Ait Deus Josue cap. 11. n. 6. *Ne timeas eos, erat enim hæc eadem hora tradam omnes istos vulnerandos in conspectu tuo.* Sed cur eras eadem illa hora erant tradendi ejus inimici? Ob tantam multitudinem congregatam erat totus Israël valde timidus, & magna formidine concutebatur illa eadem hora, in qua timor de hostibus eos

invaserat, dat Dominus gaudium de victoria consecuta, ut in illo diei articulo, in quo in aliquibus poterat irrepere dissidentia, certissima spe solidantur.

Cum Samaria propter Assyriorum obsidionem fame maxima premeretur, itant mulieres comederent filios suos, quod cum accepisset Rex, furorè actus promisit, se Elisæum interfecturum. 4. 6. num. 31. Quod cum audisset sanctus Dei Propheta, dixit Elisæus ducibus Regis: *Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: In tempore hoc eras modius simila uno statere erit, & duo modij hordei statere uno in porta Samaria, 4. Reg. 7. n. 1.* Dum Propheta ait, *In tempore hoc eras,* id est, in hac eadem hora eras, ut communiter tenent 4. Reg. 7. Expositores. Sed cur tanta abundantia promittitur à Propheta die sequenti illa eadem hora, & non in alio temporis spatio? Ut omnibus nota sit Dei benevolentia, quia populus pro tunc maxima fame laborabat, & Rex ita erat febre phreneticus, ut Prophetam vellet occidere, tunc in ipsa eadem hora panditur Dei benignitas dans levamen, ac medicinam, in omnes suam misericordiam diffundens, Abulens. *Oppresserat, ait, Deus Samaritanos fama magna, & finita fuerat in hoc, quod due mulieres comederant filium unius: ideo Deus volebat jam avertere iram suam, & dare abundantiam; & pronuntiavit hoc Elisæus: In tempore hoc, scilicet, in hora ista.*

116.

Ubi necessitas urget, ibi Dei auxiliium.

Abulens.

Joannis 4. n. 53. Cognovit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: *Filius tuus vivit*; & credidit ipse; & domus ejus tota.

VERSIONES.

Syriacus.

Et cognovit pater ejus, id contigisse ea ipsa hora, qua dixerat ei Jesus, hanc; Intellexit ergo pater illam esse horam, qua dixisset sibi Jesus.

Varabius.

EXPOSITIO.

PATER, ut notat Rupert. lib. 4. in Joan. diligenti memoria tenebat ex industria notatam horam, qua ei dixit: *Filius tuus vivit*. Et ideo collatione temporis facta ex his, quæ audivit à suis servis; nam illa particula ergo; illationem denotat; intellexit, filium suum esse restitutum sanitati eo temporis articulo, quo Dominus dixit, *Filius tuus vivit. Et credidit ipse, scilicet, à Christo absente puerum fuisse sanatum. Ac credidit, Christum verum esse Deum, & Messiam; Et quia antea crederat, ut est mihi probabilis, imperfectè; nunc credidit integrè, & consummatè. Si verò dicas cum Ammonio, quod ipse antea perfectè crederat; tunc dic, quod hic habet fidei augmentum, ut hoc loco explicat Maldonatus. Unde ait Beda in Catena: *Datur intelligi, in fide Maldon. gradus esse, & sicut & in alijs virtutibus, quibus est incipit.**

117.

Rupert.

Ammon.

Beda.